



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Floremundi Raemundi V. Cl. Olim Consiliarii Regis
Galliarvm Ex Calviniano Catholici Synopsis Omnium hujus
temporis Controversiarum tam inter Lutheranos,
Calvinistas quam alios plurimos. Sive Historia ...**

Raemond, Florimond de

Coloniae Agrippinae, 1655

IV. Nullis in eo utuntur ceremoniis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10880

mori. Et Beza, Profectus, inquit, Domine Doctor, miser futurus es huius miseri consolator. Nec tamen idcirco meliorem sententiam illi aperuit, ne sibi ipse forte contradiceret.

III. Quoad Ceremonias attinet, aut formulas potius, quas in Baptismo obseruant, eã ubique diuersã sunt: nam apud quosdam, qui testes adhibentur Baptismi, vnus tenent infantem, apud alios cum cubis humi deponitur, velut Neraci, Cleriaci, Castellgelusij, & alibi. Hoc modo imbecilles ista creaturã Diabolo, vt Scriptura loquitur, oppignorats, Ministro offeruntur, qui habito Sermone quodam, & admonitione verius quam precatione, nulla præterea addita Ceremonia, paululum aquã faciei illarum aspergit, simulque hæc verba pronunciat, *Baptizo te, &c.* Quin Zuinglius negabat adstrictos nos esse debere ad aliquam formam verborum: hoc enim nihil aliud fore, quam vocibus vim aliquam virtutemque, Magorum instar, adscribere. In Anglia Signum Crucis fronti infantis imprimitur, non minus ac in Germania. Angli enim non nihil adhuc retinuerunt ex prima antiquitate Christiana, quale est in fronte Infantis signum Crucis, cuius meminit S. Dionysius Areopagita, S. Augustinus & S. Basilius. In Gallia nonnunquam accidit, vt magno numero infantium ad coacionem allato, non defuerint, qui nõ recepta aqua domum referrentur. Et Beza in Epistolis suis obiectum sibi à Schlüsselburgio scribit, posse sine aqua Baptismum administrari.

V. Vbi est, Caluinista, antiquorum Christianorum Exorcismus super Infante, ad eijciendum Diabolum? Vbi Crucis fronti impressa, vbi Chrisma & oleum, quo ceu nouu Athletã ungebatur, adscriptus ordinibus Iesu Christi, ad oppugnandum potestates mundi? S. Augustinus, Vnctos nos esse dicit, vt tanto fortius contra diabolum luctemur. & quidem vnctionem illam oleo Catechumenorum in humeris, Chrismate vero in capite fieri. De quo loquuntur S. Dionysius, Tertullianus, & omnes post ipsos. Vbi impostio manuum Sacerdotis, ad obstruendam viam Diabolo, & intuito collocandum Baptizatum? Vbi renunciatu Satanã? Vbi consecratio aqua Baptismalis, quam S. Basilius Apostolicam traditionem vocat? Sal ori impostum? Et Candela manui? Cuius mentionem facit Eppiphanius, & D. Augustinus in Psalmum 65. ad significandum transitum à tenebris mortis ad vita lucem. Amiculum album, quo Infans induitur? Quæ omnia inueniuntur apud S. Dionysium discipulum, D. Pauli: qui ait, *Infantis baptizandi frontis ver*

Crucis signum imprimi, deinde vnctionem applicari. Et S. Augustinus inquit, *Infantes affari atque exorcisari, vt ab eis Sathana potestas expellatur.* Idem scribit D. Chrysostomus Homilia de Adamo & Eua. *Et aquam consecrari affirmant S. Basilius, & S. Ambrosius, & ante hos S. Dionysius, & S. Cyprianus.*

Omnes isti veteres tanquam Apostolicam traditionem hoc nobis reliquerunt. at Caluinus ait, quamuis fateatur antiquissimas esse hæc Ceremonias, easdem tamen esse stultam superstitionem & Simicam imitationem Diaboli. Sic loquebatur Iulianus Apostata, Gregorio Nazianzeno teste, deridens Christianos aquam Baptismi consecrantes benedicentesque, quomodo hodie Catholicos derident Caluinistæ. *Quum videret, inquit Caluinus, (b) Satan, stulta mundi crudelitate absque negotio fere inter Euangelij exordia receptas esse suas imposturas, ad crastiora ludibria prorupit, ad addendum, videlicet, salem & sputum.* Itaque in initio statim Ecclesiam suam Deus Diabolo regendam permisit, si Caluino credimus, immemor illius, quod alio loco dixerat, eam primis quinque sæculis à maculis & impuritate immunem perstitisse. Equidem Salis ori infantis imposti significatio est, per Baptismum nos esse sufficienter munitos aduersus corruptionem naturalem, quemadmodum sal omnes res à putrefactione incolumes præstat, cuius rei meminerunt Origenes & D. Augustinus. *Salina autem extremum digitum Sacerdos madefacit, eoque infantis labia, nasum & aures contingit, utens voce, Epheta, qua significat, Aperitor, qua vsus est Seruator, quum surdum & cacum sanaret, utrumque salina sua contingens.* Vide S. Ambrosium libro primo de Sacramentis. Omnes hæ Ceremoniæ introductæ sunt ad imitationem eorum, quæ fecit ipse Seruator. Meminisse debebant, quum, D. Paulo teste (c), per hominis peccatum creatura sit vanitati subiecta, quemadmodum vaticinatus fuerat olim ante diluuium Enochus, Diabolo omnia elementa, occulta sua operatione corrupta & infecta in ministerium suum traxisset: eoque opus esse vt benedictione creatura munderetur ac sanctificetur, quemadmodum loquitur D. Paulus (d). Itaque iuxta antiquorum Doctorum testimonia, in primis Ter-

V v tulliani

b Cal. l. 4. c. 15. Inſt. c Rom. 8. d Ds Ido, & cultu scmi.